

## DE VERIT. ET ANTIQVIT.

RAYMUNDVS Lullius lib. Codicilli, cap. 53.

*Facimus tamen gratia gratis data per immortalem hominē, vostram secretam dissolutionem intra nouem dies mediocriter intellectam, cum non sit transitus à prima ad tertiam, nisi per istam, qua media est inter hanc & illam. Hoc enim est secretum à mortali nemine reuelandum.*

CHRYSOGONVS Polydorus, vel Osiander, vt nonnulli volunt.

*Iudai Principem Tyri, apud Ezechielem, Alchemiam exercuisse aiunt, ideoq; prophetam illi exprobrare, quod eius artis fiducia, Deus sibi esse videretur. Nam propheta (vt ipsi aiunt) narrat, quod aurum & argentum, quod in thesauris suis haberet, non è terra effodisset, non à subditis exegisset, nec hostibus eripuisset, sed sibi ipse fecisset, hac scilicet arte fretus: ideoq; Daniele sapientiozem esse, & omnia secreta natura perlustrasse, eum sub persona Dei diceret ad eos: Multiplicauit eis argentum & ipsi fecerunt idolo suo aurum.*

IOANN. ANDREAS Iurisperitus in additionibus ad Speculum, Rubr. De crimine falsi.

*Nostris diebus habuimus Magistrum Arnaldum de Villa noua in curia Rom. summum medicum, & Theologum, de quo scripsi de obseruatione ieiuniorum concilium. Qui etiam magnus Alchemista Virgulas auri, quas faciebat, consentiebat omni probationi submitti.*

Hæc ille. Andreas enim à doctis omnibus ad cælum vsque laudibus vectus est, quem Ludouicus Romanus omnium hominum præstantissimum appellauit.

OLDRADVS Iurisperitus libro conciliorum, q. 74.

Oldradus enim & Ioan. Andreas artem illam Chemicam vulgo Alchemiam, veram esse probant, & non prohibitam nec metallum vnum in aliud transmutari inconueniens esse. Nam (vt ipsi aiunt) & videmus, quod quandoque ex re mortua producitur viua; vt videmus ex Vermibus, ex quibus producitur sericum, & alijs pluribus: & ex herba producitur Citrum. Multo magis ex metallis, in quibus maior est conuenientia & sim.

Auicenna  
Ar. vi. est  
elementum  
omnium cor  
porum li-  
quabilium.